



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Symphorosacvm VII. FF. MM. 18. Iulij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

7.Iulij  
IPARA  
us invi-  
rit. Ex  
curn  
uisitan  
postola  
fforum  
C.24.  
7.Iulij  
lē mul-  
LEXIVS.  
enatorii  
à nocte  
ponsum  
s Edel-  
diu la-  
emplum  
Romam  
felicius  
credita-  
, rist  
eno or-  
viduam  
incla-  
siccus  
pellabat  
asiabat  
mula  
ordibus  
t. Vox  
& Imp.  
iderunt  
vul-  
18. Iulij. VITÆ SANCTORVM. : 353  
vultus astro similis & literæ in manibus reperte,  
quibus ipse fabulæ totius argumentum descrip-  
rat. Et placuisse fabulam Cœlum ostendit , cùm  
miraculis applausit , toties plausus repetiturum,  
quoties fabulam juventus. Ex Metaphr.

*Vix obtinere calum, quod perdidit superbens ange-  
lus, qui confusus est in virtute suâ, & in multitudi-  
ne divitiarum suarum? Paupertatis vilitatem am-  
plere, & tuumerit. S. Bern. serm. i. de Omnib.  
SS.*

S. SYMPHOROSA CVM VII. FF.  
MM. 18. Iulij.

**R** Eliquit Getulius Mart. post se conjugé SYM-  
PHOROSAM & VII. filios. Bonum factum! è  
tantâ familiâ neminem irreperias degenerem. Sci-  
res illam Martyris uxorem, hos filios esse , qui san-  
guine tincta parentis vestigia fortiter insisterent.  
Ergo Adriano Imp. sstitutus animosa cohors ; & ec-  
ce mater dicit. Blanditiis, minis, tormentis oranibus  
pugnatur. Sed vincunt in filiis mater, in matre filii,  
dum ante oculos patris volat memoria , & Martem  
eius, quem fundi viderant, sanguis accedit. Cumq;  
mater in præterfluentem cùm appendice saxo abji-  
cienda esset, Praeo, clamabat, si filios ad victoriam ma-  
ter. Si filij estis, ad patris dexteram & matris sinu  
etiam per tela & ignes curreatis. Ecce marior; pulchre  
mortis heredes quos nisi filios dicam meos? Lamq; va-  
lete: ego mulier per undas portum peto. Si viri estis,  
per vulnera viam in calum animo facietis. Dixit  
& undis mersa, quò voluit, enatavit. Postridie for-  
tissima turba iterum producitur , singulique ad  
palum ligati statuuntur , quasi verò in hâc pugna  
tyrones & non veterani jam essent. Inde C R E-  
SCENTIUS ferro guttur, IULIANVS pestus, PRIMI-

TIVV 3

354 VITA SANCTORVM. 16. Iulij.  
TIVVS umbilicum, NEMESIUS cor trajicatur, &  
omnes aduersa vulnera sibi gratulantur. Nam EY-  
GENIUS in duas partes, at LYSTINVS, ut amplius  
augeret fraternal aciem, membratim dissecatur.  
Denique STACTEVVS omnium telorum stat sco-  
pus. Neque jam Tyrannus prohibere potuit, quod  
mihius fratres secutus ad astra evolaret: pennas ut  
sagittæ addiderunt. Ex Rom. Brev.

Est bonorum Adolescentulorum, timorem Dei ha-  
bere, deferre parentibus honore, castitatem tueri, non  
aspernari humilitatem, diligere clementiam ac vi-  
recundiam; qua ornamenta sunt minoris etiam.  
S. Bern. de Ord. Vitæ.

S. ARSENIUS C. 16. Iulij.

A RSENIUS bonis artibus & virtutibus juxta  
clarus Arcadium & Honorium Theodosii  
Aug. filios literis imbuendos & pietate accepit:  
quod muneris tanti pius Imp. fecit, ut eum non fi-  
liorum modo, sed suum etiam parentem dici voluerit. Quid? quod ubi sedentes pro dignitate  
stans docuit, interveniens Theodosius stare im-  
posterum filios & audire sedente⁹ jussit, timen-  
das imperii secures literatis scholæ fascibus sub-  
mittens, quos cum in gravius delinquentem Arcadi-  
um strinxisset ARSENIUS, necem ille Doctori  
inferre molitus est, penè Nero ex Arcadio factus.  
Adeò non jam primum bonorum Magistrorum  
didactron odia & insidiæ sunt discipulorum. AR-  
SENIO interim vox cœlo hæc accidit: Fuge, tace,  
quiesce. Fugit itaque, sed aulæ servitutem: tacit  
Eremi discipulus, sed Doctorem Angelum habuit.  
Hic vana hominum studia illi depinxit primò in  
Æthiope, qui levando, cui impax erat, oneri, ali-